



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Edictvm Jllvstrissimorvm Et Reuerendissimorum DD. Cardinalium Reipub.
Christiana Inquisitorum generalium de comburendo Thalmud.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Officio Sanctissime Inquisitionis.

119

A hoc attendare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apolloniorum eius, se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Domini Millesto quingentesimo quinquagesimo, Quintodecimo Cal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Pro Reuerendiss. D.M.Card.Crescenſ.

Io. Barengus.

Rom. Amasius.

Lectione & publicata fuit in die Veneris sancti, in Capella Sanctitatis sua, dum diuina celebrarentur officia.

B Anno Domini Millesto quingentesimo quinquagesimo primo. Indictione nona, die vero xxvij. mensis Martij, Pontificatus S.D.N. Iulij diuina prouidentia Papæ tertij, anno eius secundo, Ratiocriptæ literæ affixa & publicata, fuerunt in valuis seu portis Principis Apostolorum de Urbe, & S. Ioan. Lateran. & Cancellaria Apostolice, nechon in Aciæ campi Flore, dimissis copijs per nos Petrum Gomez Freyle, & Franciscum Munos, S. D. N. Papæ Curores.

Ita est, Petrus Gomez Freyle Curor manu propria.

Ita est, Franciscus Munos Curor manu propria.

Petrus Leobodie Magister Curorum.

C QV LIB V. S. quidem literis diligenter inspectis illas ad requisitionem Reuerendi Patris Magistri Theophili Tropien. ord. Prædicatorum Commissarii generalis S. Inquisitionis. Per notarium publicum infra scriptum, exemplati mandauimus & translami, & in hanc publicam trâsumpti formam redigi. Decernentes & volentes, ut huic præsenti transumpcio (iuxta) etiandem literarum & decreti in eis appositi, continentiam & tenorem) plena fides ubique adhibeatur, ac si ipse originales littera exhibita vel ostensæ forent: quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram ordinatam interposuimus: & ad ampliorem evidentiam promisorum, Sigillum nostrum, quo in talibus unimur, præsentibus duximus apponendum. In quorum omnium & singulorum h̄dem & testimonium præmissorum, præteres litteras, atque præsens publicum transumpti instrumentum, exinde fieri, & per notarium publicum, nostrumque & dictæ curiae coram nobis scribam inscriptum, subscribi & publicari mandauimus, sigilliue nostri iussimus & fecimus impressione muniri. Datum Roma in editib⁹ nostris, solite residentiæ, sub anno a Nativitate Domini M D L I. Indictione nona, die vero xxvij. mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patri & D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ tertij, anno secundo, presentibus ibidem discretis viris Dominis Bonifacio de Grangia, & Dafidio Bona auena notariis publicis, & coram nobis scribis, clericis Gebenē. & Iullen, respectivæ dicet, testibus ad præmissa inuocatis atque rogatis.

Adam de Inuidia eiusdem Cutiæ Causarum
Camœ Apostolice Notarius s.

Locus sigilli

E D I C T U M J L L V S T R I S S I M O R V M E T
Reuerendissimorum DD. Cardinalium Reipub. Christianæ Inquisitorum generalium
de comburendo Thalmud.

Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinales Inquisitores generales Reipub. Christianæ Rome tempore Iulij iij. Pont. Max. Thalmud Hæbreorum tam Hierosolymitanum quam Babylonicum comburi fecerunt sedē alijs Inquisitoribus priuatissimè iubet. Præcipiant insuper, ne quis tales libros aut quasi libet eorum partes penes se retineat sub graib⁹ pani, neve à partibus infidelium adduci faciat.

E O S Ioannes Petrus Caraffa Episcopus Tusculanus, Rodulphus Pius de Carpo sancte Mariæ in Transiberim, Ioannes à Toledo Compostellanus S. Pancratii, Hieronymus Verallus sancti Martinii in montibus, Iacobus Panteus S. Simeonis, & Sebastianus Pigninus S. Calisti, Titularum miseratione diuina S. R. E. Presbyteri Cardinales in universa Republica Christiana contra hereticam prauitatem Inquisitores generales, à sancta sede Apostolica specialiter deputati.

Edita anno Do
mini 1563.
Ex bibliotheca
nostra.

S V M M I Dei nostri prouidentiam, ac benignitatem, qua ut hominum genus ab errorum tentbris vindicatur in veritatis semitam perducere, seu gloriæ splendorem, & celis ad terram demittere, ipsiusque lucis radis bonos pariter, ac malos perfundere dignatus est, quantum pro humana fragilitate nobis licet emulari totis gestiis affectibus pro iniuncti nobis officiis sollicitudine non modo ab Ecclesiæ Christianæ finibus, peruersa heresum & impietatum dogmata eliminate quotidie pro

H 4 uitibus

viribus studemus, sed etiam ad obcatacam ludorum perfidiam quos interim Ecclesiæ Christi pie-
tas secum hanc lœcus, quam zizaniam commixtam tritico viuere permitur, nostri studij vigilantiam
adhibere cupientes, n̄l eorum illuminationis conducibilis fore arbitrati sumus, quam si ipsos ab
impijs & inanibus doctrinis auertentes ad sacras (quas se cole re falso iactant) litteras scrutandas de-
ducere possemus, vbi sua salutis absconditum thelaeum, remoto ab eorum cordib⁹ velamine, no-
biscum Deo donante inuenire & agnoscere valent. Quare cum ad nostram hotitiam non sine in-
genti animi dolore peruenisset, male sui studioſam, ac ostinatam hanc Hebreorum gentem, iam pe-
ne clausis & obsignatis factorum Bibliorum libris, solis codicibus quibusdam quos Thalmud † appelleant, studere, ac eos, ut aiunt, diurna noctuenaque manu versare: sūlosque filios a teneris un-
guiculis hac virulentā doctrina præcipue imbangere, ubi pro pietate in Deum ipsius blasphemare,
pro candido & sincero Deitatis cultu fabulas & inanes superstitiones, pro desiderio Redemptoris
& Messiae exītiale odium in Christum & maledicta in Christianos perdiscunt, edocti, præseutorum Ro-
manorum Pontificum, ac sanctorum Patrum semper inviso exempla, qui suis & scriptis & san-
ctionibus hos impios codices explodere conati sunt, tam detestandam diuinam nominiis iniuriam, ac
huius gentis extiūm diuinis conuentibus oculis pertrauitile nolentes, zelum officij nostri ad hanc
imprietatem magis deregendam ac radicitus exus pandam accedere volentes, per ministros sanctissimi
officij nostri omnes huiusmodi codices Thalmud appellatos, per domos Hebreorum hac alman
Vrbem incolentium diligenter perquiri, & inuenitos in vnum congregari, ac per viros fideles hebrei
cum idioma callentes reuolui iussimus, & virulentā, heretica ac peruersa dogmata quibus resparsi
per totum erant, in vnum colligi & annotari, ac per Sacre Theologiae Doctores pro iuri defensione
auditis quātum decuit Rabbinis Iudeorum, discuti & examinati fecimus. Et demum toto negotio
diligenter discluso, & coram nobis fideliter debucto, litteræ clatiū deprehendimus in codicibus pra-
fatis Thalmud contineri aertas ac impias in Deum, blasphemias aduersus Mosaycam legem, quā in
se profiteri iacent, & aduersus naturem honestatis leges ea concedi, quæ humanæ aures audire
perhorrescent: Diuinum culmam tot nazis, fabulis, & superstitionibus obuolui, & obscurred, vt
vix apud idololatras peius, inquam audiri possent: Demum in Iesum Christum Salvatorem no-
strum ac sanctum ipsius Euangelium tot inproperia, contumelias, ac blasphemias irrogari, qua de
nefario ac perditissimo homine non sine nauisa audiri possent: Quæ omnia pro Der honore ea qua
debet animaduersione euellere & punire cupientes, præhabito prefatorum vitorum tam in factis
litteris, quam in vitroque iure maturo consilia, omnes huiusmodi libros Thalmud, quos colligere po-
tuimus, per nostræ sententiaz decretum comburendos publice in acie campi Floræ huius almar Vrbis
iussimus, quod & sub die ix, huius maxima populi applausu executioni mandati facimus. Cupien-
tes autem vi hoc salutare exemplum ab hac Ecclesia omnium matre ac magistra ad reliquias per ot-
bem proficieantur, per praesentes auctoritate officij nostri, ac de speciali Sanctissimi D. N. man-
dato viua vocis oraculo de per nobis facto, & etiam auctoritate nostris officij, omnes, & singulos
Principes Christianos & regum publicarum reges, nec non ordinarios locorum, & hereticæ præ-
tatis Inquisidores hortamur, & monemus in Domino, & nibilo minus eis in uirtute Spiritus sancti &
sancte obedientiæ, & sub penit suspensionis a diuinis quo ad episcopos & maiores prælatos, ac ex-
communicationis latæ sententiæ, quo ad alios præcipimus, vtq̄a primi præsentes nostræ ad eorum no-
titiam peruerterint, omnes huiusmodi libros Thalmud per domos & synagogas Hebreorum in eo-
rum ciuitatibus & terris habitantium diligenter perquiri, & inuenitos publice comburi faciant: om-
nibus vero Hebreis in ciuitatibus ac terris Christianorum habitantibus, mandamus, sub pena con-
fiscationis omnium bonorum suorum, quam ipso facto contrafaciendo incurvant, quorum quartam
partem accusatoribus seu denunciatoribus, reliquas vero inter ordinarios & Inquisidores locorum
ac dominos temporales, æquis portionibus diuidendas applicamus, vt infra tres dies ab harum no-
strarum in hac alma Urbe in acie campi Floræ & in synagoga eorum: in alijs uero extra urbem lo-
cis & terris, in locis publicis, & solitis publicatione & banno respectiue per proclaimam faciendis,
omnes præominatos libros Thalmud tam Hierosolymitanum, quam Babylonicum, omnesque &
singulas ipsorum partes, quas apud se habere contiget, nobis seu nostris officialibus ac prædicis
ordinariis, & Inquisitoribus locorum respectiue consignate debeat, nec de cetero tales vel similes
libros scribi aut imprimi, uel a partibus infidelium ad has fideliūm partes deduci facere, aut quis
quaestio colore habere, aut retinere possint aut debeat: unicūlē demum Christi fidelibus in virtute
Spiritus sancti & sancte obedientiæ & sub excommunicationis latæ sententiæ pena præcipiendo
mandamus, ne p̄ lectoris codices Thalmud, utpote damnatos ab Ecclesia, legere, aut penes se re-
tine re prælumant, nec Hebreis præfacis, pro habendis, scribendis seu imprimentis huiusmodi libris
consilium, auxilium uel fauorem impendere audeant, contrafactores autem præter penas excom-
municatis debitas, alijs penas fautoribus hereticorum, a iure taxatis, punientur, prout per presen-
tes ex auctoritate mandamus. In quotum omnium & singulorum fidem, p̄fentes exinde fieri fe-
cimus, & per Notarium nostrum infra scriptum subscribi, ac sigilli officij nostri impressione muniri.
Dat. Romæ in eisdem nostris sub die xij, mensis Septembr. M.DLIII. Pont. S. D. N. D. Iulii diuina pro-
videntia Papæ tertij anno quarto,

† Concordat
rescriptum In-
noc. iii. incip.
Impia Iudeo-
rum sup. Pag.
¶ add. Syme.
pa. 2. q. 45. nu-
g.